



**D. DIONYSII // A RICKEL CARTHVSIANI, // de perfecto
mundi contemptu, // ut pius ita utilissimus heptalo- // gus**

Dionysius <der Kartäuser>

Coloniae, Nov. 1530

Excitatio ad mundi contemptum, ex consideratione profectus inde
nascentis, & ex desiderio veræ ac diuinæ perfectionis.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55472](#)

DE ARCTA VIA SAL. FO. 32.

Nunc enim videmus, quomodo charitas dei in hominum animabus refriguit, quomodo amor mundi inualuit, quomodo ignis concupiscentiae, fervor superbiæ, flamma avaritiae homines incenderunt, ita quod pene omnes quæ sua sunt quæ sunt: non quæ Iesu Christi. De catnis exquisita sustentatione, non de animæ puritate, & cordis custodia sunt solliciti. Potius quærunt præsentis vitæ incommoda quam gehennæ æterna euadere præacerba tormenta. Quomodo ergo non curas hanc sylvam sine mora exire, ne comburaris in ea igne prauitatis & culpæ. Postremo ad tantum lapsum, nunc deuenit ecclesia in vulgo & clericis: quodq; deflendū est magis, etiam in religionibus multis: ut ipsa ecclesia comparetur merito ciuitati antiquæ, maiori ex parte collapsæ, deuictæ, destructæ, in qua vndique hostibus patet ingressus. Non ergo securum est habitare in urbe huiusmodi: sed ad loca confugiendum munita: quemadmodum insecurum esset manere in clauistro regularibus obseruantijs destituto. Si iri super fragilitatem nostram rite peseamus, quam proni ad mala & tardi ad bona: quæremus locum saluti animæ aptiorem, occasiones peccandi vitantes.

Phil. 2. 1

Excitatio ad mundi contemptum, ex consideratione profectus inde nascentis, & ex desiderio veræ, ac diuinæ perfectionis.

Art. X V I I I .

Vd filia & vide & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, Psalm. 44 & domum patris tui: & cōcupiscer rex decorem tuum. Verba hæc quæ uis ad literā exponantur de ecclesia quæ est



DIONYSII CARTH.

quæ est sponsa Christi vniuersalis: vel de virginis
gloriosa, quæ est sponsa Christi singularis: mora
liter tamen exponuntur de qualibet anima de-
uota, quæ est sponsa Christi particularis. Omnis
nanciæ anima, secundum Augustinum, aut Chri-
sti sponsa est, aut diaboli adultera. Ait ergo san-
ctus prophetæ vnicuique animæ fideli, Oblivisci
re populum tuum & domum patris tui. Hoc est,
terrena ista pro deo contemne, cognatos, propin-
quos, & omnem carnalem affectum relinque: vi-
tota tua affectio sit ad deum, spiritualibus donis dæ-
teris, omni virtute & gratia adoreris. Quo em-
mundana magis perfecte & prompte contem-
pseris: eo cœlestibus bonis copiosius fulcieris.

Psalm. 44.

Gregori⁹.

Cant. 4

Prou. 8.

Hinc Gregori, Pulchre, inquit, a creaturis amo-
rem retrahit: qui in creatorem omnis pulchritu-
dinis fontem cordis passibus tēdit. Si ergo o ani-
ma christiana hæc feceris: concupiscet rex regū,
dominus vniuersorum Christus vniigenitus Dei
decorem tuum, id est, interiorē tuum ornatum,
reformationem internam, sapientiæ tuæ clarita-
tem, charitatis ardorem, omniumq; virtutū tua-
rum fulgorem: dicit tibi illud ex Canticis, Quam
pulchra es amica mea & decora. Imo te tā pul-
chram ac splendidam diligit, te cœlesti lumine,
& fructibus spūs sancti fœcundabit, te sibi æter-
naliter sociabit, ut ad libitum ipso dulcissime at-
que plenissime perfruaris, in quo totius beatitu-
dinis vera plenitudo consistit. Nimirū delitiæ dei-

sunt esse cum anima tali: eamq; quotidie exube-
rantiori gratia decorabit, piissima visitatiōe ex-
hilarabit. Tanti igitur profectus intuitu, tanta
nobilitatis affectu contemnamus ex corde hunc
mundum vanissimum, & omne variabile, indi-
gens,

DE ARCTA VIA SAL. 380

gens, & caducum a deo altissimo abstractium.
Quippe quod nostrum nequit satiare, contenta-
re, aut felicitare affectum. August. id sic protestā
te, Ad imaginem dei creata rationalis anima cę
teris omnibus occupari potest: repleri non potest.
Capacem enim dei, quicquid deo minus est non
replebit. Et rursus, Domine (in q̄t) fecisti cor no-
strum propter te, & inquietū est donec perueni-
at ad te. At qui satis iam dictum est, q̄ anima no-
stra quo magis in terrenis distenditur, temporali-
bus occupatur, mundanis afficitur: eo minus oc-
cupatur, colligitur, & afficitur circa deum. Ut er-
go indesinenter queat occupari in deo per contē-
plationem sinceram, dilectionem feruētem, me-
ditationem profundam, orationem frequentem,
laudem & gratiarum actionem præcordialem:
auertamus eam ab vniuersis quę mundi sunt, &
diuinæ liberalitati eam cōtinuo substernamus et
applicemus. Sic etenim mirabiliter crescat in gra-
tia dei. Hanc veram, deiformem ac nobilem per-
fectionem, omnibus bonis seculihuius incompa-
rabiliter desiderabiliorem ac præstantiorem sic
impense affectemus, amemus, & conseruemus:
ut eius desiderio & amore mundum, & quæ mū-
di sunt, integerime contemnamus tanq̄ nihilum
& inane. Necq̄ putemus nos aliquid magnum p-
agere, si pro tam diuinis & supernaturalibus bo-
nis terrena & infima relinquamus. Sed deo hu-
miliato spiritu gratias decantemus, q̄ corda no-
stra docuit, illuminauit, erexit, ad deserēdum &
cognoscendum vanitatem & vilitatem omniū
mundanorum. Vere siquidem beati sunt, quos tu Psal. 93
domine ita docueris, ad mundi contemptum in-
duxeris, ad spiritualis vitę perfectionem promo-
ueris.

F ueris.

DIONYSII CARTH.

teris. Nonne mihi frater ingeniose, obtenebrata
tibi mentem habere videtur, qui his lectis, audi-
tis, & cognitis ad mundi despctum non prouo-
catur, ad deiformem perfectionem prætractam
nō inflammatur? Noli ergo amore minimorum
amittere maxima. Noli plus oblectari in creatu-
ris, q̄ creatore. Noli mundo tenacius inhærere,
deo. Ecce mundus transit & concupiscentia, vi-
nitas, gloria eius. Qui autem facit voluntatē de-
manet in aeternum.

Quod quatuor nouissimorum intenta con-
deratio ad mundi contemptum eminenter
inducit.

Articulus XIX.

Eccles. v.



Emorare nouissima tua, et in aeterni
nō peccabis. Nō iam dunt axat la-
dei, sed et ferrei cordis est, quē ad di-
timorem & mundi cōtemptū, ad v-
tæ emendationem, ad mentis cultio-
diam, nec horror diræ mortis, nec
uini iudicij pauor, nec infernalium tormentorum
sempiterna acerbitas, nec q̄ cœlestis patriæ infin-
ita felicitas incitant & perducunt. Si credis, imo
scias te moriturum, & horam prorsus ingnor-
noueris quoq; post hanc vitam nō esse statu-
aut tēpus merendi: cur vlo momento bene ag-
re prætermittis? cur aliquā horam in fructuofan-
pertransis? cur in tali statu esse presumis, in q̄ m-
ri non audes? Fac ergo dilecte quod Salomō ai-
Eccles. 9. Quicquid manus tua potest, instanter operare.
Quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scie-
tia erunt apud inferos, quo properas. Nō imple-

sur